

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a  
[Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Ioann. Cuspinianus loachimo Vadiano & Ioanni Marlo eloquedae candidatis  
[...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](#)

IOANN. Cuspinianus/ Joachimo Vadlano & Ioanni Marlo eloquē  
tia candidatis & secretiorum litterarum studiosis. S.P.D.

R Ogaſtis. ut. L. Flori Epitomē iuulgarem: q̄ res Rom. for-  
titer gestæ ab urbe condita ad tempora usq; Augusti/ mira  
breuitate & summa elegantia cōtinent. Quas magno Liu-  
us opere/lacet deperdito magna ex parte nra tempestate: complexus est.  
Cum labor hic/ quē olim dum accurate mendas/qbus scatebat liber hic  
abstulerā/studiosis historiarū profuturus mirū immodum esset: Sine enī  
historiis(ut ille inquit) nemo nō puer est: Feci quod petiſtis. & Florum  
tersum:a maculis : ut puto:& ulceribus olim dehonestatū ppe infinitis/  
uobis exhibeo. Non qualem olim & in Italia/bis ter ue & i Gallia nuper  
forma Enchyridii nō semel ipressum circumferri uidetis. Mos enim est  
Bibliopolaz hodie. ut si quod opus sumpserit ære iprimendū ac inuul-  
gandū. docti alicuius petat epistoliū: In frontispicioq; ac liminari pagi/  
na affigāt: Quo opus emēdatū ueluti buccina p præconē proclametur.  
Licit uel duas/uel tris tñ totius opis uiderint Chartas uiri illi. quādoq;  
nullas:satis esse arbitrātes/si speciosa quædā epistola opus ipm ceu ante  
signani milites exercitū/antecedat: q̄ uerba habeat selecta. parvū qđem  
uera. sed pulchre emēta. qbus emptores fallat: mercesq; suas uendibili/  
ores faciat. Sæpe etiā plagiarii isti/docti uiri titulo/ epistolam cōminicū  
tur/ut lectores decipiāt mediocriter eruditos. libros ut facilius uendāt  
Sic olim Crispi Salustii opuscula/qdam a Pōponio Latō correcta emē  
tieban. Sic nup Florum hūc nfm a Beroaldo castigatum qdam falso/  
publicarunt. Sic infinita alia līguæ Latinae p̄ciosissima oga falfis intecta  
uelaminibꝫ circūferunt. Indignū duxi Plagiarios hos. ne qd graui di  
cam:diutius latitare:& studioſos fallere cū doctiſ. quisq; errata illa q̄ in  
illis ipiſ exemplaribus adhuc extat: sine ullo labore si uigile: inter legen-  
dum agnoscat: quæ si q̄s credere recusat: hoc a me castigatū exemplar cū  
cæteris cōferat: Ne me eiusdem farinæ suspicet quispiam: tum demū lu-  
dicer qd laboris ut sese autor ip̄e agnosceret assumpserim/qd ue alii pī-  
terint: tanta polliciti. Vos : ut ccepistis: eruditiores & litteratas litteras  
amplectimini/pulchriora deinceps accepturi. Valete: Ex ædibus nostris  
Viennæ: anno salutis Mileſimo qngētesimo Vndecimo, kalan. Iulii.